Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1148

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

100. *Bischof Burchard von Straßburg beurkundet, daß Walther, Mönch in Mauersmünster, dem Frauenkloster Sindelsberg zwei Höfe in der Stadt Straßburg u. A. geschenkt habe. 1148*[1].

⁝ In nomine sancte et individuę trinitatis. ego Burchardus Argentinensis ecclesię episcopus. ⁝ quia memoranda facta antiquorum patrum scripto commendata sunt, ut arcius memorię nostrę inpressa teneantur, sic et nos eorum vestigia sequentes ea, quę sub oculis nostris geruntur et ad utilitatem ęcclesiarum spectare videntur, posterorum cordibus privilegiorum firmitate ingerere non dubitamus. eapropter notificamus tam futuri quam presentis seculi fidelibus, qualiter Waltherus filius Gunterammi etate juvenis canonicus[a] sensu divino instinctu omnia, quę hereditario jure possidebat, per manum Waltheri causidici et Sigemundi beatę Marię dei genitrici in Sindelesberch famulantibus firma astipulatione tradidit et duas sorores suas et avam ibidem collocavit : in civitate Argentinensi curiam in Salzhove, quę dicitur ze deme gewelbe, curiam unam in Stadelgazzen[2], allodium quod habebat in Hertesheim[3]. hec inquam sanctę dei genitrici in perpetuam dotem et sororibus ei in Sindelesberc famulantibus ad supplementum donavit et apud Maurimonasterium monachus effectus est. et ut hec firma permanerent, in manu nostra prepositi Cůnradi, decani Gotefridi, custodis Bertolfi, cantoris Bertolfi, scolastici Hartperti supradicta hereditas data est. recepit quoque eandem hereditatem idem Waltherus et Simundus, qui donatores cum prefato juvene Walthero exstiterunt. preterea advocatus Heinricus, vicedominus Waltfridus, Cůno de Quazzenheim, Hugo de Uendenheim, Johannes, Hugo albus, Růdolfus de Rinowe, Regemar, Hiltebreht, hii omnes sub testimonio fidei supramemoratam hereditatem susceperunt predictis sororibus inconvulsam conservare. ut autem hujus donationis astipulatio rata sit, instrumentum presens sigillo nostro munire statuimus et, ne secularis vel ęcclesias-

a) *B* canus.

---

1 *Bei Schöpflin Als. dipl. I, 196 nr. 248 und Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 144 nr. 56 ist* ex veteri membrana sec. XII *ein Güterverzeichniß des Klosters Sindelsberg mitgetheilt, in dem der Besitzstand zur Zeit des Abts Anselm aufgezeichnet ist und es heißt :* Argentine curtim unam, de qua exit in censu solidus canonicis sancti Thome in festo apostolorum Philippi et Jacobi *(Mai 1). Dasselbe ist wohl kurz vor die obige Urkunde zu setzen, da die beiden in letzterer erwähnten Straßburger Höfe sowie das Allod in Hertesheim darin nicht aufgeführt sind. Grandidier* l. c. *datirt es in das Jahr 1148, richtiger jedenfalls als Schöpflin, der es zu 1120 ohne Grund ansetzt. Auch andre Klöster besaßen in dieser Zeit Höfe in der Stadt Straßburg, so z. B. die Probstei St. Ulrich auf dem Schwarzwald. Die Pancharten Eugens III 1148 Januar 27, Alexanders III 1179 März 30 und Lucius III 1184 Mai 3 für dieselbe nennen unter ihren Gütern :* Argentinæ duas curtes, *die letzte :* Argentinæ unam domum. *Jaffé Reg. pontif. nr. 6378, 8688, 9600.*

2 *Vergl. Straßb. Gassen- und Häusernamen i. Mittelalter S. 141 u. 162.*

3 *In dieser Form heute nicht mehr zu constatiren. In dem nr. 88 not. 4 beschriebenen cod. mb. zu Donaueschingen heißt es in einem Zinsregister des Straßb. Domstifts fol. 14*[b] *:* de Herdeshein sive Berstet.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

tica persona immutare presumat, domini apostolici et nostra auctoritate inhibemus. acta autem sunt hec anno 1148 ab incarnatione domini, indictione 11, sub rege Cônrado, duce Friderico[1], regnante domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in secula seculorum.

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 610 *or. mb. c. sig. pend. mutilato.*

101. *Gozbert und seine Gattin Ofimia schenken dem Straßburger Domstift einen halben mansus in den Gemarkungen Albronn und Dahlenheim. 1148.*

† ⁝ *In no*mine *sanctę e*t individuę trinitatis. ⁝ notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Gozber*tus* et u*xor mea* Ofimia *pro reme*dio animarum nostrarum et parentum nostrorum dimidium mansum in Altbur*nen* et Dalheim ma*rchis sit*um ęcclesię beate et intemerate virginis Marię Argentinensis donavimus, ut, quia secularibus impediti negotiis debitam deo servitutem exhibere non possumus, intercessione beate et gloriosissime virginis Marię adjuvemur et orationis in eadem ęcclesia deo famulantium participes efficiamur. hęc autem donatio in hunc modum facta est, quod Cûno de Altbrunnen et uxor ejus post donationem nostram idem predium a manu Herimanni portanarii hereditario[a] jure receperunt, quatinus singulis annis quinque solidos Argentinensis monete portanario predicto et ejus successoribus in usus fratrum ejusdem ęcclesię persolvant, et ex his 5 solidis 20 denarios 4 kalendas decembris, *Nov. 28*
20 in cathedra sancti Petri, 20 in annunciatione sanctę Marię persolvant. *Febr. 22* *März 25* si vero alter nostrum vel ambo post mortem predicti Cûnonis et uxoris ejus superstites erimus, si non sint eis liberi, qui succedant in hereditatem, predictum predium sub eodem censu ad nos redeat, ut scilicet nos eosdem 5 solidos prefixis terminis persolvamus. ut ergo hec cognitioni posterorum reserventur, scripto presentis paginę confirmamus et testibus videntibus et audientibus roboramus. aderant enim huic donationi Cônradus prepositus, Reginhardus decanus, Hartbertus scolasticus, Behrtoldus cantor, Hermannus portanarius et cęteri confratres; Waltherus causiticus, Diodericus urbis prefectus et cęteri. acta sunt hęc anno 1148, indictione 11, sub rege Cônrado, Burcardo episcopo, duce Friderico, advocato Heinricho.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2712 *or. mb. c. sig. pend. mutilato. Das Pergament am obern Rande eingerissen, die Schrift der ersten 6 Zeilen bis* in hunc modum *durch Feuchtigkeit fast unkenntlich geworden.*

G coll. Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 142 nr. 55 nach dem lib. sal. 1347.

a) *B* heritario.

---

1 *Friedrich III Herzog von Schwaben 1147—1152, hernach deutscher König.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg